



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

X. Das Kloster Zehdenick nimmt das Kloster Seehausen in seine geistliche
Brüderschaft auf, am 27. Oktober 1330.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

Ludewico, Marchione, aut alias, ubi predictis sanctimonialibus aut earum amicis visum videbitur expedire. Insuper recognoscimus, quod nobis pro his omnibus satis factum est in parata pecunia ad nostre beneplacitum voluntatis. In cujus testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum in predicta villa Grunow, Anno domini M^o. CCC^o. XX octavo, in die Clementis martyris gloriosi.

Aus L. v. Ledebur's Allg. Archiv III, 344, wo diese Urkunde irrthümlich dem J. 1320 zugeschrieben ist.

X. Das Kloster Zehdenick nimmt das Kloster Seehausen in seine geistliche Bruderschaft auf, am 27. October 1330.

Sacris deo virginibus domine Elyzabeth, abbatisse, priorisse totique sibi in Christo Ihesu dilecto conventui dominarum in Sehusen, Martha, dei gratia eiusdem officii in cedenic, katharina, priorissa, totumque capitulum sanctimonialium loci ejusdem cum debitis orationibus et devotis vitam bonam et exitum felicem. Quo sincerius amore regis eterni ac celestium premiorum intuitu priorissam nostram ceterasque nostras sorores apud vos hospitatas, prout ex relatu cognovimus earundem, omni humanitate exhibita bene pertractastis, eo amplius vobis ad sacre deuotionis obsequia dinoscimur obligari. Immensam igitur nostram deuotionem ac dilectionem, quam nos ad vestrum gerere conventum didicimus, affectuosa gratitudine amplectimur ac devota. Vestre autem tante amicitie volentes vicissitudine respondere salutari, vos ad uniuersa ac singula ecclesie nostre suffragia tam in vita vestra recipimus quam post mortem, plenam vobis fraternitatem et participationem vigiliarum, jeuniorum, orationum, castigationum ac aliorum bonorum omnium tenore presentium conferentes, que per nos ex hoc et in omni tempore spiritus sancti gratia dignabitur operari, hoc super adicientes, quando obitus singularum personarum vestri conventus nobis fuerit nuntiatus, pro vobis fiet per officia defunctorum et per communes ac speciales orationes, quidquid pro nostris spiritualibus sororibus defunctis fieri communiter ac specialiter est consuetum. Datum Cedenic, anno domini M^o. CCC^o. XXX., in vigilia apostolorum Symonis et Jude.

Aus L. v. Ledebur's Allg. Archiv III, 345.

XI. Otto und Barnim, Herzöge von Pommern-Stettin, nehmen das Kloster Seehausen in ihren Schutz, am 1. September 1332.

Nos Otto et Barnym, Dei gratia Duces flauorum, Cassub. et pomeranorum, tenore presentium protestamur, Quod Religiosas abbatissam et sanctimoniales monasterii de Sehusen cum ipso monasterio ac omnibus bonis mobilibus et immobilibus, cultis pariter et incultis, atque ipsarum tutores seu prepositos, in nostram securitatem recipimus et tutelam, volentes dictum monasterium cum bonis et personis in ipsarum libertatibus in omnibus gratanter confouere, nolentes etiam a quocumque nostrorum officiarum dictarum sanctimonialium bona, qui a nobis pro tempore fuerint